

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gloria eterna k  
cum fonte primo

Talis erit illa delectacio pulcritudinis, ut semper tibi presens sit,  
et nunquam sacieris, immo semper sacieris, et nunquam sacieris.  
Si enim dixero quod non satiaberis, fames erit.  
Si dixero quod satiaberis, fastidium timeo.  
Vbi nec fastidium erit nec fames, quid dicam nescio,  
sed Deus habet quod exhibeat.

Augustinus super Iohannem omelia III.

Noli timere ne fastidio deficias:  
talis erit illa delectatio pulchritudinis, ut semper tibi praesens sit,  
et numquam satieris; immo semper satieris, et numquam satieris.  
Si enim dixero, quia non satiaberis, fames erit;  
si dixero quia satiaberis, fastidium timeo;  
ubi nec fastidium erit, nec fames, quid dicam nescio;  
sed Deus habet quod exhibeat  
non inuenientibus quomodo dicant, et credentibus quod accipient.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*,  
3.21 (CCSL 36, R. Willems ed., pp.30-1, ll.31-38).